

Secundum nomen illud est diversa.

5. Dicitur 1. *equivoca* habeant *nomen commune*, ubi notandum est ex *Ammonio* & aliis, quod ab hoc, ut nomen aliquod sit commune, requiratur, ut habeat eadem accidentia Grammatica v. g. idem genus, eandem syllabarum quantitatem &c. Unde e. g. *populus* quatenus de hominum multitudine & de arbore dicitur, non est nomen commune, quia non habet eandem quantitatem syllabarum.

6. Dicitur 2. quorum *solum nomen* &c. quae verba accipienda sunt de *equivocis*, ut sunt talia, sic enim (quatenus scilicet *equivoca* sunt,) nihil prorsus commune habent, nisi nomen, alias autem non omnis convenientia ipsis denegatur, sed possunt aliqua habere communia praeter nomen, verum hoc ipsis non competit ut sunt *equivoca*, sed ut sunt alio respectu *univoca*, e. g. *fidus* & *animal terrestre latrans* non solum nomen *canis* habent commune, sed etiam naturam corporis, substantiae communem habent, non ut sunt *equivoca*, sed ut sunt *univoca*, sic enim non solum nomen *corpus*, sed etiam naturam per hoc vocabulum denotatam habent communem, adeoque *univoca* sunt: quatenus vero commune habent nomen *canis*, non vero essentiam per hoc nomen denotatam, sunt *equivoca*.

7. Di-